

Hic etiam si uel ab ipso sicut apostolus plene & integre profertur
 non dixi quod plene sciatur. sed quod non plene profertur.
 certum est enim cognita esse haec & integra adprehensa illi quia
 uisus est usque ad terrarum caelum quum caelo positus uidit caelestia.
 uidit hierusalem caelestem ueram ciuitatem di. uidit ibi & sion
 montem quod cuiusque loci est. uidit & bethlem. uidit & chebron.
 uidit & omnia ista que inscribuntur sorte diuisa. Non solum uidit.
 sed & rationes eorum in spū comprehendit. qui a ipso confiteatur
 se audisse uerba & rationes quae uerba ineffabilia inquit & quis
 non licet hominibus loqui. Uides ergo quia scit omnia paulus &
 comprehendit in spū. sed non licebat eista hominibus proferre.
 quibus hominibus illius sine dubio de quibus culpabiliter dicebat
 Nonne homines estis & secundum hominem ambulatis. sed dice
 bat ea fortassis illis quia non secundum hominem ambulatis.
 Dicebat haec timotheo. dicebat haec luciae. & dicebat caeteris
 discipulis quos sciebat capaces esse ineffabilium sacramentorū.
 Demque & ministro tale aliquid timotheum commonebat
 dicens. Oremore esto uerborum quae uerba audisti. quae commen
 da fidelibus hominibus & his qui idonei sunt & alios docere.
 Sicut ergo credimus esse & in scriptis. Ita dignos & aptos nos ad eorū
 captiuitatem uita fide ac tabulis & meritis praeparemus. ut cum
 digne a nobis fuerint intellecta sciam hereditatem eam in caelis
 consequi mereamur. In xpō ihū dño nro cui gloria & imperium
 in saecula saeculorum amen. **EXPLICIT OMELIA XXVI**
Incipit omelia uicesima quarta de moribus quomodo ha
 bitauerunt cum effrem & de iesu quomodo accepit ciuitatem
 a filiis israhel & de iebusaeis qui habitabant in hierusalem.